



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1634

Textus Exercitioru[m] dictæ Meditationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60472)

Textus Exercitiorum S. Patris nostri
sic habet:

*Contemplatio regni Iesu Christi
ex similitudine Regis terreni
subditos suos euocantis ad bel-
lum.*

ORATIO PRAEPARATORIA fiet
more supradicto.

PRAELVDIVM PRIMVM ad con-
structionem loci nunc erit, vt spe-
ctare nos imaginemur Synagogas, vil-
las & oppida, quae praedicans Chri-
stus pertransibat; & sic de locis aliis.

SECVDVM, ad gratiam poscen-
dam pertinens. In hac parte erit, petere
à Deo, ne obsurdescamus vocante nos
Christo; sed ad sequendum ac obtem-
perandum prompti simus.

PVNCTVM PRIMVM esto, pro-
ponere mihi ob oculos humanum Re-

H 4 gem

gem diuinitus electum, cui principes
 & populi omnes Christiani reueren-
 tiam & obsequium præstare debeant.

SECUNDVM est, imaginari, quòd
 audiam illum Regem loquentem ad
 omnes subditos: In animo est mihi re-
 giones infidelium uniuersas ditioni
 meæ subicere; quicumq; igitur comitari
 me velit, paratus sit oportet non alio
 vti victu, vestitu, rebusq; aliis quàm
 me utentem conspexerit. In iisdem
 quoque laboribus, vigiliis & casibus
 ceteris, mecum persistendum erit; vt
 particeps fiat victoriæ & felicitatis
 vnusquisque, prout laborum ac mole-
 stiarum socius extiterit.

TERTIVM est, considerare quid-
 nam respondere debeant Regi aman-
 tissimo & liberalissimo fideles subditi;
 & quàm promptè ad omnem eius vo-
 luntatem offerre se accinctos: contra
 verò,

Verò, si quis non obaudiret, quanto apud homines uniuersos vituperio dignus esset, atque quàm ignauus miles estimandus.

Pars secunda huius Exercitiij consistit in collatione similitudinis inter dictum Regem & Dominum IESVM CHRISTVM circa triplex illud Punctum.

Primò sic applicabimus exemplum. Si terrenus ille Rex cum bellicâ suâ euocatione dignus est cui attentio & obsequium præstetur; quantò magis Christus Rex æternus, mundoque toti conspiciuus? qui singulos ad se his inuitat verbis: Mea hæc est iustissima voluntas, totius mundi dominium mihi vendicare, inimicos meos debellare omnes, ac ita demum in Patris mei gloriam intrare: proinde quisquis eò mecum venire cupit, laboret mecum

H 5 necesse

necesse est. labori enim præmium respondebit.

Secundò ratiocinabimur, neminem fore sanæ mentis, qui non cupidissimè Christi seruitio se totum offerat & addicat.

Tertiò iudicandum erit, quòd ij qui se obsequiis illius prorsus duxerint mancipandos, non seipsos tantùm ad laborum tolerantiam, verùm etiam maiora & præclariora quædam munera oblaturi sint, expugnatâ carnis, sensuum amorisque proprij & mundani rebellionem; vnde respondebit quisque in hunc ferè modum: En, ô Rex supreme ac Domine vniuersorum, tuâ ego, licet indignissimus, fretus tamen gratiâ & ope, me tibi penitus offero, meâque omnia tuæ subijicio voluntati, attestans coram infinitâ bonitate tuâ, nec non in conspe-

Et

Etu gloriosa Virginis matris tuæ, totiusque curiæ celestis, hunc esse animum meum, hoc desiderium, hoc certissimum decretum, vt (dummodò in maiorem laudis tuæ & obsequij mei prouentum cedat) quàm possim proximè te sequar & imiter in ferendis iniuriis & aduersis omnibus cum verâ tum spiritus tum etiam rerum paupertate; si, inquam, sanctissimæ tuæ Maiestati placeat ad tale me vitæ institutum eligere, atque recipere.

Declaratio dictæ Meditationis.

FInis huius Meditationis est, propositum & decretum firmum imitationis Christi Domini nostri, illumque cum maximâ perfectione, & quàm quis potest proximè, sequendi, prout cum diuinâ gratiâ poterit, sensualitati & amori proprio bellum indicendo: ad quod Christus Dominus noster
omnes